vero formator noster, et nos omnes sumus opus manus tuæ. Ne irascaris Domine plurimum, neq in æternum recorderis iniquitatis, En respice quæso, nos omnes sumus populus tuus. etc. Hic addi possent et Pauli similes querelæ, nisi omnibus notæ et obviæ essent.

Etsi autem sensu infirmitatis suæ homines sæpe moventur, ut Deum invocent, et ab eo auxilium petant: tamen multi magis irritantur consideratione acerrimarum insidiarum diaboli, quas Petrus experientia sua edoctus illustri oratione depingit. Adversarius, inquit, vester, Diabolus,

http://digital.slub-dresden.de/ppn346066336/14